



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolutiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Indulgentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

causa sunt positæ, illic verò, ut debitus honor eis exhibeatur, Cap. Tolos. 303.

Tertio, picturæ verò & imagines insolitæ, nulla in Ecclesia, vel etiam exempta, poni possunt, nisi priùs fuerint approbatæ ab Episcopo, & sic de miraculis, & reliquiis Sanctorum; ita fac. Concil. Trident. capit. ul. de invoc. vener. & reliq. Sanct. & sacr. imag. §. in his autem, ver. postremo.

## INSTITUTIO.

**I**nstitutio quatenus ad praxim episcopalem attinet, sumitur multis modis. Primò, pro confirmatione, seu provisione facta per Ordinarium, ei quem patronus legitimè præsentavit in beneficio juris patronatus, & sic cap. 1. de reg. iur. lib. 6. & ista pertinet ad capitulum sede vacante, & ad vicarium Generalem Episcopi, & sine speciali mandato, cap. ex frequentibus de instit. & inf. in ver. Vicarius, dub. 14. Secundò, sumitur pro collatione facta ab Ordinario, & sub ista cadit commissio curæ animarum. Tertio, pro investitura & possessione beneficii. Quarto, pro confirmatione electionis, vide Dyn. & Addit. ad gl. in ca. 2. de reg. iur. lib. 6. Quintò, pro constitutione officiali in aliquo loco, prout in cap. 1. ver. nec pro eo. & ibi Gem. in nota. 3. de offi. ord. lib. 6. volui hæc scribere ad evitandam æquivocationem, prout in cap. cum illis, §. cum autem, de prebendis, lib. 6. & sic sumitur in d. cap. 1. de reg. iur.

## INDULGENTIA.

## SUMMARIUM.

- 1 An Prælati possit indulgentias concedere, & quot dierum, & an ante ipsius consecrationem.
  - 2 An Capitulum, Sede vacante,
  - 3 An possint publicari in Diocesi, absque Ordinarii licentia.
  - 4 An & quando revocentur.
  - 5 An indulgentiæ Legati à latere, & Episcoporum sint perpetuæ.
  - 6 Qua forma sint concedendæ.
  - 7 Que sublata.
  - 8 Cui loco possint concedi.
  - 9 Quibus causis sint concedendæ.
  - 10 An existens in peccato mortali in hebdomada in qua fit Iubilæum, si faciat omnia, que in eo iubentur, & die Dominico confitetur peccata sua, & communikat, lucretur Iubilæi gratiam.
  - 11 An ille cui iuncta fuit pœnitentia, putat, ut per quadraginta dies jejuset, ut per septem annos faciat hoc aut illud pro pœnitentia iniuncta, sine satisfactione suorum peccaminum, si lucretur Indulgentiam quadragenariam, vel septennalem, teneatur dictam pœnitentiam adimplere.
- A**D Primum respondetur, posse, etiamsi fuerit solum electus, sive postulatus, modò sit confirmatus, licet nondum consecratus, etiamsi non sit presbyter. Sylvest. in ver. Indulgentia, numero 13. & solum 40. dierum, vel annum in dedicatione Ecclesiæ, cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. Sylvest. loco



*lococitai*, & quando quis dicatur electus, ad hoc ut possit concedere Indulgentias, vide in 3. par. in ver. electus: non enim requiritur ut sit consecratus, prout vult Iason, in l. quamvis, num. 4. de inoff. testam.

Ad Secundum affirmativè respondetur. Sylvest. in ver. Capitulum, §. 10. Sylvest. tract. de beneficiis, 2. par. q. 11. licet Soto 4. Sentent. dist. 121. quest. 1. art. 4. col. 3. habeat oppositum, sed primum mihi magis placet, cum indulgentiarum concessio non sit ordinis, sed jurisdictionis, & Capitulum succedit Episcopo in jurisdictionalibus non præjudicantibus, & non in his quæ sunt ordinis, ut patet apud omnes Scribentes; imò Vicarius generalis Episcopis, si ad hoc habet speciale mandatum, potest has concedere; Rebutin in for. vica. numer. 172. & patet ratione, quia si potest Capitulum sede vacante per rationem prædictam, potest vicarius Episcopi, & tot dierum, quot Episcopus, cum faciant unum consistorium, ca. 2. de consuet. lib. 6. & Clem. & si principalis, de rescript. Navar. notab. 31. nu. nec ca. accedentibus, in fi. de excess. Pralat. & ibi Abb.

Ad Tertium, sac. Congre. declar. 332. respondens in facto ad equites Hierosolymitanos, quibus prohibet, ne Indulgentias impetratas à sanctissimo Domino Papa publicent absque Ordinarii licentia, secus Ordinarius potest procedere contra eos, & eorum Clericos, prout cavetur in Conc. Trid. sess. 6. capi. 9. de refor. & sess. 24. ca. 11. de refor. & sess. 25. ca. de indul. & quod dicitur specialiter de equitibus Hierosolymitanis, exten-

ditur ad omnes exemptos, & non exemptos, propter identitatem rationis, ut dixi in ver. extenso; vide Clem. fin. de pæn. & remiss.

Ad Quartum, vide Extravagan. Sixti IV. quæ incipit; *Quemadmodum*, de pæn. & remiss. ubi disponitur durante anno Jubilæi, in alma Urbe, suspendi omnes alias Indulgentias, Greg. XIII. Bulla 23. f. 1229. & hoc non solum durante anno Jubilæi, prout supra, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ita Navar. in tract. de Jubil. & Indul. & Catechesis Neap. f. 239. §. nota quod, ex quo sequitur, nullas Indulgentias plenarias esse validas post annum Jubilæum, nisi fuerint iterum à Sede Apostolica confirmata, ita Nav. tra. de Jubilæo & Indul. not. 28. n. 28. & infra, & super Bulla Greg. XIII. in ver. publicentur, litera G. n. 7. sed ista suspensio non suspendit cæteras gratias, puta, concessit Papa visitantibus aliquam Ecclesiam, Indulgentiam plenariam, & facultatem confitendi, & absolvendi ab omnibus casibus, tunc sola Indulgentia plenaria revocatur, & non cæteræ gratiæ, Nav. conf. 17. de pænite. & remiss. nec Indulgentiæ non plenariæ, Nav. loc. cit.

Ad quintum respondetur quod sic, per capitulum fin. & ibi gloss. ver. statua, de offic. leg. idem de Episcopis in Dilectibus suis, si taliter concedant. D. Anton. in Sum. 3. par. 11. cap. 1. §. Sylv. in ver. indulgentia, §. 14. Navar. in capit. placuit, num. 164. de pæn. distinct. 6.

Ad sextum, sac. Congre. declarat. 432. §. plenaria. inter alias instructiones, quas dat circa indulgentias concedendas,



dendas, dicit quod indulgentia temporanea debet dari cum hac clausula, ut sint contriti, & habeant propositum confitendi debito tempore. Saltem & hoc rationabiliter: nam nemo lucratur Indulgentiarum fructum, nisi in charitate, patet apud omnes Scribentes, sed in charitate non potest quis esse, nisi eum pœniteat suorum peccaminum, & hoc non potest esse sine contritione, Soto 4. *Sent. distinct. 21. q. 2. art. 3.*

Ad septimum, Pius V. sua Bulla revocavit omnes Indulgentias etiam perpetuas, pro quibus consequendis manus ad iurices sunt potrigendæ, aut quæstuandi facultatem continent, Conc. Provinc. Benevent. *de Indul. capit. 1.*

Ad octavum, non possunt concedi Ecclesiæ, nec Altari nondum constructo, seu ædificato, *c. ad audientiam, de Ecclesiis adific. in 2. responso, & ibi gl. in ver. non possumus, facit quod notat. Abb. in c. nos quidem, num. 2. de testam.* quod donatio non potest fieri loco non ædificato, sed distinguendum cum eodem Panor. *in dicto cap. ad audientiam, num. 3.* quod destructo loco, cui concessa est Indulgentia, revocatur Indulgentia, Navar. *loc. cit. notab. 31. nu. 26.*

Ad nonum, vide Sylvest. *loc. cit. num. 18. §. 6.* & Soto *loc. cit. quest. 2. art. secundo.*

Ad decimum, vide eund. Sotum *loc. cit. quest. 2. art. 3. col. 4.* & ratio ipsius est, quia satis est, quod ille sit in gratia eo die, quo terminatur Jubilæum, seu indulgentia, licet Navar. videatur contrariæ opinionis, *loc. cit. notab. 19. num. 6.* & *infra, licet nu. 19. vers. ...* videatur sentire nobiscum.

Ad undecimum negativè respondetur, *c. quod autem, & ibi gl. in ver. ut prosint, & Innoc. & Ioan. Andr. de pœn. & remiss. Syl. loc. cit. §. 6. n. 23.* Angel. *codem ver. finali.* Abb. *in cap. cum ex co. nu. 6. de pœnit. & remiss.* quamvis consulendum esset eidem, ne propter hoc in hac vita ab operibus pœnitentiæ desistat, eò vel maxime, quando pœnitentia daretur non solum propter præteritorum satisfactionem peccatorum, sed in remedium futurorum, D. Thom. *in addit. 3. p. 9. 25. art. 1. ad 2. idem Navar. notab. 31. nu. 39. & 43.*

### INGRATITUDO.

Ingratitudo parit exheredationem, & facit redire peccata præterita ( præter alia) de primo vide gl. *in capitulo Quinta vallis, in ver. exheredaret, de jur. ejur. lason in Auth. non licet, C. de liber. præi. Marf. sing. 78. & per extensum. Covar. in cap. Raynutius. à nu. 7. & infra, de testam. Sylv. in vers. hereduas. §. 1. & 2. vide Theol. in quarto *Sent. dist. 22.* & ibi Magistrum.*

### JURAMENTUM.

PRIMO, juramentum suppletorium, quamvis non petitur in prima instantia, potest tamen peti in causa appellationis, & sic in 2. & 4. instantia, sed non post conclusionem, etiam ad instantiam petentis, Capyc. *deo. 35. nu. 2. & 4.*

Secundò, quor conditiones requirantur, quando dari debet juramentum suppletorium, vide Maran. *6. par. art. 9. à num.*